Herolt, Johannes: [De eruditione christifidelium] Liber Discipuli de eruditione christifidelium
[Reutlingen: Michael Greyff], [ca. 1481] Seite 275



periculosa homini inuido. q2 ꝫm dei iusticiā homo iste reus est vt sibi h⁹
malū ꝯtingat qd alijs hoībus sic orando optat. Insuꝑ oīa oꝑa bo:
na que talis inuidus oꝑat² nō sunt sibi meritoria nec deo accepta. Vn̄
Aug⁹. in. iij. sermone de beato stephano. Nemo se circūueniat. nemo se
seducat. Qui vel vnum hominē in hoc mundo odio habet quidquid deo
in bonis oꝑibus obtulit totum perdet.

## Incipit tractatus suꝑ Orationem dn̄icam

Omnes vnanimes in oratione estote. j. Petri. iij. A Si
cut dicit glosa suꝑ illud psal. Apud me oratio mea vite
mee. Illud quod iustificat hoīes in hac vita est ieiunium
elemosina et oratio. Et ista tria cōmendantur maxime a
deo. et tamen oratio maxime precellit alia duo in quinq3
Primo in facilitate quia hoc officiū est multum facile. q2 debilis nō po
test ieiunare. nec pauper elemosinam dare. quilibet tamen potest orare
Vnde psal. Apud me oratio mea semꝑ. Vn̄ ysido. de sum. bo. Oratio est
cordis nō labioꝝ. nō em̄ verba deꝑcantis deus attendit sed orantis cor
inspicit. Melius est cū silentio orare corde sine sono vocis. ꝗ solis ver:
bis sine intuitu mentis. Ergo quilibet potest orare etiam mutus saltem
mentaliter. vel etiam in agone ꝯstitutus. Scd̄o ꝓcellit oratio in iocun
ditate et honorabilitate. Nihil em̄ delectabilius nec honorabili⁹ est ho
mini ꝗ loqui cū deo oīpotenti. Vn̄ aug⁹. suꝑ ps. lxxxv. Oratio tua lo
cutio est ad deum. qn̄ legis deus tibi loquit². quando oras cum deo lo:
queris. Ergo in signum hui⁹ multa sunt officia que aliquibus cederēt
ad dedecus. de quibus verecundarētur sicut arare et fodere. Sed ora:
re quantūcunq3 nobili cedit ad decus et honorem. hoc patet quia qui
deuote orat cū rege celesti loquitur. Ergo debemus cū reuerentia ora:
re ꝓpter dignitatem regis cum quo loquimur in oratione. Tercio ꝓcel:
lit oratio in dignitate. quia si oratio eo mō fiat quo debet scz deuote et
attente. tunc ꝫm Vuilhel. lugdunen̄. Oratio est enceniū deo valde gra:
tum et ministerio angeloꝝ dignum. vn̄ Thobie. xij. Dixit angelus ad
thobiam. Quando orabas cū lacrimis et sepeliebas mortuos. ego obtu
li orationem tuam dn̄o. vn̄ Bern. suꝑ illud psal. Intret in ꝯspectu tuo
oratio mea. Sane virtus magna pure oratōis hic notatur. que quasi
ꝑsona quedam ad deum intrat et mandatum peragit. quo caro ꝑuenire
nequit. vn̄ etiam Aug⁹. loquens de dignitate oratōis dicit. Oratio est
anime sancte presidiū. angelo bonum solamen. dyabolo supplicium. deo
gratum obsequiū. Et non immerito ꝫm Vuilhel. lugdunen̄ Nam christ⁹
qui inquantū homo est offert orationem nr̄am deo patri. qd signat² in
hoc ꝙ dyaconus in missa thuribulū tradit sacerdoti. et sacerdos thu:
rificat. Sic christus orationes ecclesie deo patri ꝑsentat. que ꝑsentatio

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-434/0274
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG